

collatio i erari debet, non vero tantum manus impositio sup- pleri. Huius difficultatis solutio provent ex vera interpre- tatione illorum verborum, quia benedictionem a Pontifice se- nescunt recipisse, ubi benedictio accipitur pro ordinatione. Be- nedictio cum plerumque significat formam ordinationis, seu ipsam ordinationem. Conc. Althiod. can. 20. ibi: Quod si Presbyter, quod nefas est dicere, aut Diaconus, aut Subdiaconus post acceptam benedictionem infantem proceperit. Et canon. 21. Non licet Presbyter in uolento post acceptam benedictionem cum Presby- tera dormire. Et e. quorundam, 25. dist. Conc. Hilpal. 2. can. 5. ubi deciditur, non posse in ordinatione Presbyteri, aut Dia- coni Episcopo manus imponente Presbyterum benedictionem facere; igitur in d. can. 6. Conc. Tolos. benedictionem non accep- tisse, idem importat, ac ordinatum non fuisse; & sic Sub- diaconus intendebat, licere sibi contrahere matrimonium. Sed tunc iustitias, quare si vere ordinati erant; asserbant ordi- nationem a Pontifice non accepisse. Cui infantia satisfaci- t Gibal. de clausura diu. 3. c. 2. §. 2. supponendo, Chorepiscopus olim in Ecclesia minores ordines conferre potuisse, ut probatur in c. 2. de ordinatis ab Episcopo; & doct. ut solet, illu- strat Preceptor D. Franciscus Ramos in memoriali pro Episcop. Lufit. prop. 4. §. 4. Unde cum in Hispania gradum Subdiacona- tus, qui iam illis temporibus sacer erat, ut dixi in c. a. multus, de tempore ordin. de facto conferret, Subdiaconi ab illis ini- tiati postea matrimonium contraherent eo praecepto, quia ab Episcopo benedictionem non acceperat, sed tantum a Cho- reptiscopis Presbyteri, qui minores tantum gradus conferre poterant. Unde iubent Patres, ut de cetero ab Episcopo be- nedictionem, id est ordinationem accipiant, ut deinceps tan- quam veri Subdiaconi ad nuptias non transeant.

In- telli- guntur e. 1. de clerico non ordinato

Secundo aduertitur superiori assertioni text. in c. 2. de clerico non ordinato, ubi proponitur, Diaconum Missas celebrare; qua- tionem fuit, utrum ad gradum sacerdotii ascendere possit; Et respondit Pontifex, quod cum manus impositionem adhuc non acceperat, & nihilominus Sacrificium Missae celebraverat, ad gradum Sacerdotis ascendere non posse. Ex quo textu dedu- citur, in gradum Diaconatus constitutum, manus impositio- nem adhuc non habere: igitur non recte in nostro capite asser- ferunt, Diacono sine manus impositione ordinatio manus esse imponendam: non autem integram ordinationem esse repeten- dam, cum in Diaconi gradus collatione manus impositio non desideretur. Cui difficultati satisfaciendum est asserendo, in eo textu non affirmari per collationem gradus Diaconatus Dia- conum manus impositionem non accepisse, sed tantum Diaconum per ordinationem in illo gradu non accepisse manus im- positionem Presbyteri, quae diuersa est a manus impositione Diaconali. Quae interpretatio facile fauetur, si obseruamus cum Francisco Hallier de sacris elect. p. 89. in collatione gradus Presbyteri unam tantum manum ab Episcopo imponi, in or-

ordinatione vero Diaconi duas, iuxta D. Clementem 78. constit. c. 16. §. 17. Unde cum in d. c. 2. referatur manum eius non im- posuisse, colligitur in eo agi de manus impositione Presbyteri, non vero Diaconi; & iuxta hanc interpretationem recte Ponti- ficem affirmare Diaconum manus impositionem non accepisse.

Tentio etiam opponitur text. in c. quorundam, 25. dist. qui de- ductus proponitur ex Concil. Tolosano, sed falso; nam tam- imple, quam textus antecedens transcribitur ex Conc. Hisp. 2. can. 5. ubi Patres ita decernerunt: Quinto iudicio ad co- gnitionem nostram Amari Egabrensis Diaconi relato dedu- ctum est de quibusdam ipsius Ecclesiae clericis, quorum dum unus ad presbyteratum, duo ad Levitarum ministerium sa- craretur, Episcopus eorum, oculorum dolore detentus, 31. fertur manum super eos tantum posuisse, & Presby- ter quidam illis contra ecclesiasticum ordinem benedictio- nem dedisse; qui licet propter tantam praesumptionis auda- ciam paterat accusatus iudicio praesenti damnari, si adhuc in corpore posset, non fuisset mortis uocatione praerenti, sed quia iam ille examini diuino relictus, humano iudicio aculari non potest, in qui superstit, & ab eo non con- secrationis titulum, sed ignominiae potius cologium perce- perunt: Decernimus, ut a gradu Sacerdotis, uel Levitici ordinis, quem peruenisse adepti sunt, deponantur, a quo iudicio abutantur. Tales enim merito iudicati, sunt remouendi, quia prave inuenti sunt constituti. Ex quibus constat, Presbyterum, uel Diaconum ordinatum absque benedictione, desiderandum esse a gradu suscipere: igitur non recte in praesenti conclusione affirmatur, manus impositionem omniam in susceptione Diaconatus, uel Presbyteratus, esse tantum sup- plendam; non vero ordinationem esse repetendam. Pro cuius textus interpretatione Gloss. ibi, et Amiran, quam sequitur Turrisemata, eximitur in eo textu ordinationem Presbyteri, & Diaconi esse nullam ex defectu benedictionis, & lato modo dici amitti, quod nunquam receptum fuit. Sed haec solutio vincitur ex eo, nam benedictio, quae in eo casu ab Episcopo omnia fuit, non erat essentialis ordinatio, siquidem non significabat manus impositionem, ut in c. 20. & 21. Conc. Althiod. supra relati; sed accipitur pro oratione, quae recitatur ab Episcopo post collationem cuiuslibet gradus, quae recitatur in Sacramentali D. Greg. p. 235. ubi notat Hugo Me- nardus pag. 274. Unde cum haec benedictio non fit essentialis ordinationi, sed tantum exornationi, ut probat Hallier de sa- cris elect. lib. 8. c. 11. p. 1305. ideo benedictio non reiteratur. De- ponuntur vero Sacerdos & Levita in d. can. 5. quia contra in- stituta sacrorum Canonum benedictionem acceperunt a Presby- tero, qui sui benedicti non habebat, ut notat Loaytia ibi: Ex supra traditis etiam pro ratione decidendi accipit lucem text. in c. iudic. in prin. de sacra uol. cuius historiam, & interpre- tationem in eius notis dedimus.

Exponitur e. quorundam dist. 25.

Impugnatur e. Tertio.

TITULUS XVII

De filiis Presbyterorum Ordinandis, vel non.

CAPUT PRIMUM.

Ex Concilio a Pictaviensi.

Filius b Presbyterorum, & ceteri ex fornicatione nati ad sacros ordines non promoveantur, nisi e aut Monachi fiant, aut in congregatione d canonica regulariter uiventes: Praeterea vero nullatenus habeant. Sed neque e serui, nisi a dominis suis libertate donentur.

NOTAE.

Pictaviensi. Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 1. & reperitur text. in can. 9. Conc. Pictav. de quo Concilio nonnulla notavi in c. 1. de alio. §. quatuor.

Filius Presbyterorum. Geniti uidelicet ex concubitu, du- rante sacerdotio habito, non vero legitime nati ante susce- ptionem ordinum.

Aut. Ex hac disjunctiva, juncto huius textus summa- rio, in illis uerbis: Illegitimus non ordinatur, nisi ut religiosus fiat, defendunt Fr. Eman. Rodrig. r. 1. q. regul. q. 13. art. 14. Hier. Rodrig. in compend. regul. q. 76. n. 7. defectum natalium purgari per ingressum religionis, etiam non secuta profes- sione. Sed necessariam esse professionem in Religione, aut Ecclesia regulari, exprimitur in Canonibus, quos Belleforestius ex C. S. Dionisi exerpisse se testatur, quos ex versione Gallica eiusdem Belleforestii latine ita donauit Serarius; Nec filius Presby- terorum, aut aliter etiam ex concubitu susceptos liberos ad Presbyteratus gradum procebi licenti, nisi in aliquo Monasterio Religionem professi essent. Defendunt Sanch. l. 5. in Decal. c. 5. n. 21. Barbosa in praesenti, Gibal. de irregul. c. 6. const. 1. Nec contrarium suadet notus tex- tus; nam etiam tenent disjunctiva, aut, quam omitti in Bar- cinonensi testatur Ant. Aug. in notis ad nostrum textum, & di- cendum est disjunctivam, aut, tantum leparare ingressum religionis a professione uita regularis in Ecclesia regulari, ut sensus sit, filium illegitimum ordinari non posse, nisi uita regulari proficiatur, aut in Religione, aut in Ecclesia Canonico regularium. Ideo Canonico regularium,

ut exprimitur in c. 1. 56. dist. quarum Ecclesiarum congrega- tiones per diuersas Provincias erectas refert Gabriel Penno- tus l. 3. hist. canonice. regul. per totum.

Serui. Hac uerba adiect Raynaud, ut integrum cano- nem transcriberet; non quia quid commune habeat irregula- ritas, quae prouenit ex uinculo personali, ut seruitus, cum ea quae prouenit ex defectu natalium. Non tamen me lateat, aliquando in Ecclesia Presbyterorum filios in penam incon- tinentiae paternae seruitio Ecclesiae fuisse mancipatos, ut po- tesse probabimus. Haec igitur partem in suo proprio rubro de seruis non ordinandis dabitur.

COMMENTARIUM.

EX hoc Conc. Pictav. breui, & conciso Canone commu- niter deducitur haec assertio: Filii illegitimi non ordinan- tur, nisi proficiantur Religione; & tunc in ipsa ad Praeterea non admittuntur. Probat eam textus in cap. 1. cap. nisi 11. & per totam 56. dist. cap. Cenomanensem, 59. dist. tali conjungio 1. qu. 7. cap. cum multi 15. qu. 8. cap. ult. 19. quae- stio. 10. cap. presens 20. qu. 3. cap. cum inter 21. de elec. c. nisi 5. §. persona, de renunt. cap. presens 3. cap. quoniam 10. iudic. integra, cap. final. hoc tit. cap. consulti, de seruis non ordin. cap. per venerabilem, qui filii sine legitimi, cap. accedens 14. de purgac. canonice. cap. unice. hoc tit. lib. 6. cap. quod super, hoc tit. in 1. collect. c. 600 qui 1. q. 4. Conc. Avarnen. sub Urbano II. apud Malmsb. & Matth. Parisium: ibi: Quod filii Presbyterorum & concubinarum ad Presbyteratum non promoveantur, nisi prius ad religiosam vitam transierint; Pontifex Rom. Gregor. VII. in Sy.

Concilio referuntur & probatur.

De filiis Presbyterorum.

Synodo Romana ead. 19. ibi: Filii Presbyteri non ordinantur. Concil. Clomano, sub Urbano II. cano. 35. Nec filii Presbyterorum ad Diaconatum, uel Subdiaconatum, aut Canonico- rum ordines, uel ad alios honores Ecclesiasticos non promouentur, nisi monachi, uel regulares canonici sint. Concil. Buaric. cano. 8. Filii Presbyterorum, sive Diaconorum, sive Subdiaconorum, in sa- cerdotio, uel diaconatu, uel subdiaconatu nisi nullo modo ulterius ad clericatum suscipiantur. Et canon. 11. Statutum est, ut Episco- pi, quando fuerint clerici, uidentes populo excommunicant, & nullus offerat eis ad clericatum filium Presbyteri, Diaconi, uel Sub- diaconi. Concil. Later. sub Alexand. III. p. 19. c. 2. Concil. Nannense, a quo hanc prohibitionem originem duxisse re- fert Hildebert. Cenom. ep. 65. tom. 12. Biblioth. veterum Patrum, Trident. sess. 22. de reform. c. 6. Salesburgense tempore Martini V. can. 6. Nullus illegitime natus ad aliquem sacrum ordi- nem, uel beneficium, aut officium curam habens animarum sine dispensatione Sedis Apostolicae admittatur in aliqua Ecclesia seculari. Et cap. 2. hoc tit. in 2. collect. Constat lex 12. tit. 6. p. 1. Alia iuris testimonia congruent Anton. August. in epist. iuris, l. 6. tit. 60. §. 1. 7. tit. 21. Julius Lator. de elec. tit. 4. cap. 16. n. 24. Illustrat plures congeiti a Cenedo ad Decretum, collect. 63. Barbosa in praesenti, & in selectis ad textum in c. cum deputari, de iudicio, §. de post. Epist. alleg. 45. §. 1. i. iuris eccl. c. 33. num. 149. c. 42. n. 177. Balamon in can. 33. sectus Synodi in Trull. Chopin. l. 1. monst. tit. 3. num. 7. Tambur. tom. 1. de iure Abbat. dist. 5. quae. 14. Garcia tom. 1. politia regul. 11. 2. dist. 2. ad. 8. Petrus Greg. l. 4. partit. tit. 2. c. 1. §. 1. 1. de rescript. c. 27. §. de benef. c. 35. Lant- met. l. 2. de veteri monacho, cap. 16. §. 17. Vighell. in meth. iuris can. fol. 245. Acuna in Darts in d. 56. dist. 1. Garcia tom. 1. politia regul. 11. 2. dist. 2. ad. 8. Petrus Greg. l. 4. partit. tit. 2. c. 1. §. 1. 1. de rescript. c. 27. §. de benef. c. 35. Lant- met. l. 2. de veteri monacho, cap. 16. §. 17. Vighell. in meth. iuris can. fol. 245. Acuna in Darts in d. 56. dist. 1. Garcia tom. 1. de sacris Ecclesiis, c. 5. Saulay in Panopli. cleric. p. 1. l. 6. c. 2. §. 1. Gibal. de irregul. 1. p. c. 3. §. c. 6. per tot. Corrafius de benef. l. 3. c. 2. Garcia ead. 11. 7. c. 2. n. 1. Darts ead. 11. 7. §. 1. c. 2. Loaytia in can. 10. Conc. Tolet. 9. Diana p. 10. 11. 9. §. 11. 3. ref. 39. Verda in iudic. l. 1. cap. 8. vers. 15. pag. 421. Creolius l. 2. mystic. c. 4. Aegidius de priuileg. art. 16. n. 23. Rubinicus l. 3. constitut. tit. 13. Solozanoz c. 2. de iure iudic. l. 3. c. 20. n. 7. Valensius de beneficiis l. 1. tit. 18. Permosi- nus in d. c. cum deputari, g. 4. Escobar. de priuileg. sanguin. q. 4. §. 6. Acacius Ripold. de priuileg. parentum, p. 107. §. c. 2. n. 41. Amyleus tom. 1. polit. lib. 2. de repud. c. 2. §. 13.

Hac assertio ita auctoritatibus illustrata, iuri & rationi contraria videtur; nam ex adulterio nati non est culpa ejus, qui nascitur, sed illius, qui generat, & nasci, 56. dist. & un- decimaeque homo nascitur, si cum parentum uita non secten- tur, reprehensibilis non est, & indecensque, eadem dist. nec pa- rentum iniquitas, fed propria quemque condemnat, & sponsus, c. l. uel, ead. dist. quia delicta parentum filius non imputantur, & non imputantur, 1. q. 4. nec deneganda est dignitas ei- qui reatum non admittit, l. spurii, ff. de decurionibus: igitur tantum ob defectum natalium, quia uidelicet quis nascitur illegitimus, ideo accipi a sacris ordinibus non debet. Accedit, nam interdum illegitimi Dei gratia maculam illegitimitatis adeo repulerunt, ut uiri praestantissimi euaserint, magna- que, & praeterea mania obierint. Nonnulla exempla referat Gratianus in c. Osus, 56. dist. alia Regum, Consulorum, & aliorum, ut Gratiani, Petri Lombardi, Petri Comestoris, congesserunt Tiraquel de nobilit. c. 15. ex n. 3. Paleotus de uitis c. 55. Alciatus l. 10. parerg. c. 8. Arrius 7. 1. polit. l. 2. de re- bus publicis, c. 2. §. 13. Petrus Greg. de republ. l. 7. c. 8. Dua- renus l. 4. de sacris, c. 6. Salazar in notis ad Ganganum, in fa- bulis Pyraui, pag. 158. licet eos ab hac calumnia defendat Ray- naud. in Ophorthea, §. 2. c. 3. serie 1. Igitur cum illegitimi ex natalium defectu litteris, uirtutibus, aliisque animi doctri- na non destituantur, non debent a sacris Ordinibus accipi. Ea etiam pars assertionis, ubi affirmatur, per professionem regularem hanc irregularitatis speciem tollit, licet non quoad Praeterea regulares, difficultis redditur ex eo: nam per pro- fessionem in Religione sollemniter emissam non tollitur irregu- laritas ante contractam, & cum deputari de iudicio, c. 2. de apostatis: igitur per professionem Religiosis irregularitas, quae prouenit ex defectu natalium, non tollitur. Aueget haec dubi- tandi ratio ex eo, nam si haec irregularitatis species post professionem in religione cessaret, maxime ex eo, quia profes- sio baptismi equiparatur, ut probant, & illustrant Rosa- vedius in uita S. Athanasi, pag. 68. Benedictus Ephesus l. 4. dist. 9. monst. 11. 8. dist. 2. §. 3. sed per baptismum non tollit irregularitas, quae prouenit ex defectu natalium, ut ex plurius relatis docet Gibal. de irreg. c. 7. q. 1. cum segg. igitur per professionem, quae late dicitur baptismum non tollit irregularitas ex defectu prouentus.

Sed adhuc asserendum est, Presbyterorum filios, & alios illegitime natos ad ordines ascendere non ualere, nisi in Re- ligione professi sint; & tunc ad Praeterea non admitti. Ad cuius expositionem sciendum est, amittit uariis filiorum diu- sionibus, quas referunt Paleotus in re. de uitis §. spurii, El- eobar ubi supra, in nostra rubrica, 281. de filiis Presbyterorum, qui triplici modo considerari possunt. Primo suscepti ante clericatum ex legitimo matrimonio, & de his filii legitimi agitur in c. praesentium, & conuocante, c. ueniens, c. ex transmissa, c. ex tua, c. constitutus, c. ad extirpanda, c. ad hoc, c. Michael, & Alchib. hoc tit. Ubi proponitur prohibitio, ne filii, quan- tumvis legitimi, succedant patribus in beneficiis ecclesiasticis: quare rubrica nostra in uetustis codicibus concipitur, de filiis

Presbyterorum non ordinandis, nec in paternis Ecclesiis tolerandis. Et adhuc titulus poster prout jacet in sexta collectione, ut- ranque prohibitionem, & ordinandi filii illegitimos; & eligendi in beneficiis paternis complectitur, ut uerbum ordi- nare, referamus non solum ad promotionem ad ordines, uer- ram & ad electionem in beneficiis, ut plerumque uerbum electio, confideratur: probat Hallierius de sacris elect. c. 1. §. 1. Alio modo confiderantur filii Presbyterorum, uidelicet sus- cepti extra matrimonium post ordines receptos, de quibus ad ordines non promovendis, nec in beneficiis paternis lub- stituentis agitur in c. 1. c. 2. c. cum decem, c. ult. hoc tit. Tertio filii Presbyterorum accipiuntur pro filiis legitimis, licite suscepti; cum uidelicet pater post conversionem uxoris ad religionem Presbyter ordinatur, & postea filios procrea- uit; nascuntur enim licet ex copula illicita, legitimi: de his agitur in c. literas, hoc tit.

Secundo sciendum est, filios illegitimos, uulgo spurios di- ctos, siue a presbyteris, siue a laicis susceptos, esse defectu natalium ordinari non posse ex nostro textu, & alius pluri- citatis. Quae prohibitio etiam in lege ueteri uigebat, talis enim loboles ita exosa erat, ut usque ad decimum generatio- nem ab ingressu Ecclesiae arceretur, c. 23. Deuter. referuntur in c. per uenerabilem, qui filii sine legitimi. Philo Judaeus in Decal. In sacerdote & hominum genus examinatur, uerum culpabile. Nec sine ratione haec irregularitatis species tam in lege ueteri, quam gratia statuta fuit. Et omittis alius rationibus traditis a Doctoribus supra relatis, duas tantum pro praesenti asser- tione adstruenda in medium adducam. Prima prouenit ex praesumptione incontinentiae paternae; saepe enim uentus do- cuit, filios non tantum corporis substantiam a parentibus, uerum, & genium, affectionem, uirtutes, & uicia accipere, & de facili parentum passiones in liberis representari. Ju- lianus Apostata in Misopog. ibi: "Nepotes- auum generis, & uel certe nominis auctorem imitatur; nam quemadmo- dum in plantis uerisimile est diffusam qualitates quam la- tissime, ac fortasse etiam in totam similia nasci, ea, quae signantur iis, unde orta sunt: ficetiam in hominibus cre- ditibile est; nepotum mores auitis affines esse." Quod He- ratius notauit illo uulgari loco:

Fortes erantur fortibus, & bonis; Est in iuueni, est in equis patrum Virtus, nec imbellem seroec Progenerant Aquila cubitibus.

Et Cicero l. 6. epist. 6. ad Ceioniam, asserit filium imaginem esse animi, & corporis patris: & Quintilianus l. 5. instit. cap. 20. ait: Quod filii similes parentibus ac maioribus suis plerumque creduntur, & nonnquam ad honeste, & turpi- terque uiuendum inde caussa flant. Ad stipulatur Iuuenalis supra 14.

Expectas, ut non sit adultera, Large, Filia, qui nunquam maternos dicere mochos Tam cito, nec tanto poterit conserere cursu, Ut non redolens respicit.

Notumque est illud proverbium apud Graecos: Mali corui ma- lum ouum, id est ex malis parentibus mali plerumque filii generantur, c. si gens, 56. dist. Plura citularunt Symachus l. 1. de pimegentis, c. 11. c. 1. 5. de republ. c. 3. per totum, Pe- trus Gregorius de benef. c. 35. Escobar de parte, confang. 1. p. 9. l. §. 4. D. Anton. Pelsoga in l. quisquis, Cod. ad l. Julianum monst. Altamirano in l. 1. Cod. de filiis off. Tiraquel in l. 7. conuul. §. 1. p. 7. Thom. Sauch. l. 2. in Decal. c. 27. na. 10. Hinc Imper. in l. quisquis Cod. ad l. Julianum monst. ajunt: Filii uero qui paterni debentur terre supplicio, in quibus patrum, hoc est hereditarij criminis exempla meruunt. Pascunt Salomon in c. 3. Procer. ibi: Cum uisum fuerit nepulsum etiam filium filii, E- zeck. c. 16. Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan; pater tuus Amorrhaeus, & mater tua Ethena. Sobezus fern. 88. Rite pro- bam ab improbo non posse nasci filium. Arist. l. 1. polit. c. 4. §. 13. c. 8. Plura Theophil. tom. 3. 11. 3. q. 1. art. 3. Iuste ergo filii Presbyterorum a sacris arcentur, quoniam creduntur lu- xuria, & incontinentiae paternae imitatores futuri. Secunda ratio huius decisionis prouenit ex eo, ut hoc incontinentiae paternae culmen in personis Ecclesiasticis radicibus extirpetur; uariis enim poenis puniuntur tam ipsi, quam eorum concubi- nae, necnon proles ex tali concubitu suscepta. De poenis ipsorum suo loco agemus, uidelicet in c. 6. de clericis coniug. Concubinae ipse, ut mancipia iubentur uenundari ad Episco- pios, & eorum pretium in pauperes erogari, in Conc. Tolet. 2. can. 5. Tolet. 4. can. 47. Tolet. 8. cano. 5. & a Catholico Rege Recharado iubetur in l. 13. tit. 4. l. 3. fori, ut huiusmo- di mulieres centenis flagellis subiciantur; & cum magis pa- rentes terreantur in personis filiorum, quam in seipsis, l. isti quidem dist. quod meus causa, c. cum erge, §. sed quid, 24. q. 3. constitutum fuit, ut filii suscepti ex tali concubitu, serui Ecclesiae nascerentur. Conc. Tolet. 9. can. 10. relatum in ead. multa 15. q. 8. nec parentibus in bonis succedant, c. unico, de success. ab intest. in 5. collect. & ab ordinibus remouentur, ut sic dicantur patentes ex illegitima conjunctione non esse filios generandos, quos cognoscunt uulgo sperandos, ut ait Imper- ator in l. fin. Cod. de naturibus liberis, Pulchre Arnolphus Le- xouiensis ead. ad Legatos: Non expediet prouinciae nostrae, in qua quotiens tam impudenter impudenter conuulsi sit, filios Presbyterorum paternis artibus adhiberi. Nec noua, ut insolens est pua di- cti Concilii Tolet. cum sepius legamus publicari personas ob delictum. Lampridius in Alexandro Seuero, ait: Mulieres infan- mes, quarum infinitum numerum deprehendit, publicari iussi. Il- lustrat.

De defectu natalium.

Instrat. Foruarius lib. 6. rerum quoad. cap. 16. per tot. Accedit etiam ratio scandalis, quae est potissima praesentis assertionis: publicum enim scandalum generatur, quoties in Ecclesiis secularibus ordinantur, & instituantur illegitimi, cum eorum nomen inhoneſtum, ac fere ignominioſum fit: quare ad officia, muneraque civilia non admittuntur, l. 3. §. 1. Spurius, l. Spurius 6. ff. de decurion. Nec refert quod ad Decurionatum aditus illis pateat, d. l. Spurius 6. l. eos qui 12. ff. de decurion. quoniam nec ex inceptu natis, nec flagellorum ictibus ſubjectis ad decurionatum via occluditur, d. l. eos qui, cujus rationem licet petere ex d. l. 3. §. 2. ubi Ulpianus ait: Non ſerui fore ordini, ſi ſpurio vita honeſte recipiat, cum ex eius utilitate ſi ſemper ordinem plenum habere. Clarius Calliſtratus in d. l. eos qui, in fine: Nam paucitas eorum, qui muneribus publicis ſungi debeant, neceſſaria, etiam hoc ad dignitatem municipalem, ſi facultates habeant, iuratur. Primum enim non admittuntur niſi in ſubſidium, ſi ſcilicet non adfit competitor legitime quaſitus, ut ait Ulpianus: quemadmodum contra legem expreſſum c. 23. Deut. Iudaei accerſerunt Iepthen bellicoſum latroem, cum non haberent penes ſe, cujus arti, & viribus diſſiderent. Iudicium c. 1. Hinc autem evidenter colligitur, cum exceptio ſit regula, quod quando copia fuerit legitimorum competitorum, ſpuriorum omnis ordo regulariter ab honore decurionum exulare debeat: deinde vero, quod ſi poſt legitimos admiſſi fuerint, ex eo factum eſt, quod honorem Decurionum gravarent multa onera, quorum intuitu dixit Ulpianus in d. §. 2. intereſſe Reipublicae ne is ordo deſeratur. Spurii vero licet ab honoribus arceantur, a muneribus tamen civilibus excludi non poſſunt, l. 1. C. de his, qui non impleverunt, l. 1. eod. l. de infam. Ratione igitur munerum, non honorum ad Decurionatum eveantur ſpurii; itaut hic honeſtas cedat utilitati, ſeu ut ait Cicero 3. officiis. utilitas vincat honeſtatem. Cum autem hac neceſſitas circa gradus eccleſiaſticos non detur, recte ſpurii arceantur ab eis.

Quae rationes cum ceſſent in filiis illegitimis vitam regularem proſeſſis, cum deſit occaſio ſcandalis, ſiquidem in Eccleſiis regularibus non ita populi concuſſus datur, ac in ſecularibus, c. luminis, 13. q. 2. nec incontinentia crimine poſſet ſuſcipi in eo, qui diſciplina, & regulari vita exerceat; ideo illis permiſſitur ad ordines aſcendere: & cum non levis ſcandalis occaſio daretur, ſi in iſtis regularibus Eccleſiis, ut Praeſbiterum ad ordines admittantur, ſi vitam regularem proſequeantur; excipitur tamen, ut Praeſbiteri in iſtis regularibus Eccleſiis non praeparantur. Hodie tamen ex ſpecialibus privilegiis Religionibus conceſſis diſpenſatur a Superioribus, ut illegitimi ad Praeſbiteratus admittantur. Privilegia referunt, & plura dubia moralia in hac parte reſolvunt Tambur. de iure Abbatis, l. 1. diſp. 5. q. 14. Dian. p. 10. tr. 13. ref. 39. Garcia 1. 1. poliſta, ubi ſupra. Ex diſpenſatione etiam R. Pontificis poſſunt illegitimi ad majores ordines aſcendere; imo in Episcopos conſecrari, c. ex tua, c. Apoſtolica, hoc tit. l. 6. Marini l. 1. var. reſol. c. 168. Tondutus Saleng. l. 2. reſol. canon. c. 8. Imo etiam ad majores ordines, ſi deſectus natalium occultus eſt, ut docent plures reſol. a Diana p. 4. tr. 2. ref. 64. Marchia. tr. 1. de ordi. p. 10. Garcia d. diſp. 2. d. 8. variis ampliationibus, & limitationibus exponit Barb. de poſſ. Episc. alleg. 46. Omittendum etiam non eſt, filios expoſitos pro legitimis haberi quoad ordines, & beneficia, niſi languis puritas ad ea obtinenda deſideretur. Gibal. de irregul. 2. p. 5. 3. Fernofinus in c. cum deſertis, q. 8. de iudicis, & nos in c. unico de infancibus.

Nec obſtat prima dubitandi ratio ſupra adducta; nam certum eſt, primis Eccleſiae ſecularis irregularitatem ex defectu natalium cognitam non fuiſſe; tantum enim illi illegitimi arceantur ab ordinibus, qui pravis moribus & vitiis notati debeant, & tunc ob improbos; non vero ob natalium defectum a facris removebantur ordinibus: ad quae tempora referenda ſunt auctoritates a Gratiano congeſtae in diſp. 56. Poſt decimam autem ſaeculum Urbanus II. ſtatuit, ne filii praesbiterorum facris ordinibus initiarentur, niſi in cenobis, aut canoniis regularibus probati fuiſſent converſati. Poſtea Patres Cont. Pictav. ſub Palchali II. Urbani II. ſucceſſore protulerunt hanc prohibitionem ad filios quoſcumque illegitimos, ſive ex laicis, ſive ex praesbiteris procreatos. Hunc Conc. Pictavienſis canonem in Episcoporum textu relatum ſignificanter confirmantque alii Eccleſiae Praefiles ſupra pro illuſtratione conſuſionis expoſiti; non autem hanc irregularitatem Urbanus II. & ejus ſucceſſores induxerunt in poenam aliquis delicti ab illegitimis perpetrati, in quibus nulla adeſt culpa, ut in ratione dubitandi dicebamus, ſed ob defectum natalium: quare hae irregularitates non ex delicto, ſed ex defectu provenerunt. Et ſicut in aliis caſibus abſque ullo delicto tantum ex defectu irregularitas naſcitur, ut in bigamo, propter defectum ſignificationis ſacramenti; in iudice ad mortem condemnante, propter defectum lenitatis; ob rationes quas ſuis locis dabimus: ita hae irregularitates ex defectu natalium abſque ulla ordinationi culpa contrahuntur, ex rationibus ſupra illuſtratis. Nec aliquid faciunt exempla ſpuriorum, qui praecleari viri evaſerunt; nam ex felici aliquorum eventu rationabilis praesumptio non eſt deſtruenda. Nec probatur concubitus David, & Berthebae, quia ex eo prodiit Regum praedictiſſimus, & diſtinctus Salomon: ſicut enim Diogenes in temulentam juvenem incidens conſueſtiam de horto verum ſimilem faciebat, referente Plutarcho de educatione praecleari. ita non abſimile eſt, niſi quid obſtinerit, parentum errores, praecipue in errore veneris, tranſiſturos in mores progeniei. Quid enim? an non multi nobilem dege-

De filiis illegitimis accipiendis.

Difficultas prima difficultas.

nerant; & tamen non deſimus probabili conſueſtione patrum virtutum propagationem, in qua nobilitas conſiſtit, in poſteritate praesumere? Multi mortalium utuntur expeditius finitra, quam dextra; nec tamen propterea dextra praerogativa detrahitur, ut explicat, & ad hanc rem accomodat Joan. Scaliger exercit. 265.

Nec ſecunda obſtat; nam licet regularis profeſſio juſtam praestet cauſam diſpenſandi in qualibet irregularitate, c. 2. de apoſtatis, c. 2. de cleric. non ordin. c. 1. de eo, qui ſervit, tamen ipſa profeſſio per ſe nullam tollit irregularitatem, niſi contrarium in jure cautum ſit. Peyrin. Palaus, & alii reſol. a Barb. 1. 6. in ſelect. in c. cum deſertis, n. 6. de iudicis, Gibal. de irregul. c. 6. per tot. Unde cum ſtatutum reperimus in jure, ut irregularitas ex defectu proveniens tollatur per profeſſionem regularem, eam tantum tolli docemur; quod Religionis favore conceſſum fuit ob rationes ſupra adductas. Et licet Sixtus V. ſuo motu proprio filios illegitimos ad Religionis ingreſſum inhabiles redderet, eam tamen conſtitutionem Greg. XIV. anno 1591. ad juris communis regulas reduxit, ut notat Suar. de conſ. diſp. 50. ſect. 1. c. 5. Azor. 1. p. inſtit. l. 12. c. 3. q. 8. Quando tamen dicatur quis profeſſus Religionem, ut ad ordines aſcendere valeat, exponunt Tambur. ubi ſupra, Gibal. d. c. 6.

Primo ſuperiori aſſertioni obſtat textus in can. 33. Sextae Synodi, in illis verbis: Quoniam cognovimus in Armenorum regione eos ſolum in Cleri ordinem referri, qui ſunt ex genere ſacerdotali, hiſ, qui hoc facere aggrediuntur, mores non Judaicos ſequuntur; nonnullos autem eorum etiam non tonſos, ſacros cantores, & divini templi lectores conſtitui; decernimus, ut deinceps non liceat, hiſ qui volunt aliquos ad Clerum adducere, ad eas, cui manus imponitur, genus reſpicere; ſed examinaantes an digni ſint, ex poſitis in ſacris canonibus decretis, eos in Cleri catalogum referre; eccleſiaſticae promovere, ſive ſint ex majoribus ſuis Sacerdotibus, ſive non, &c. Ex quibus verbis expreſſe deducitur, ſacerdotium poſſe, ſicut aliorum, legitime natos, ad ordines aſcendere poſſe: igitur non recte aſſerimus, Praesbiterorum filios facris ordinibus initiari non poſſe. Pro hujus canonis expoſitione primo ſciendum eſt, praesbiterorum filios legitimos naſci poſſe ex legitimo matrimonio, quod ſacerdotium praesbiterum, de quibus filiis accipiendis ſunt textus in c. 2. 3. 4. c. 5. hoc tit. c. Episcopos 12. q. 5. c. 1. de teſtam. c. Episcopos 5. de hereticis, Conc. Carthag. 3. can. 10. ibi: Ut filii ſacerdotum, vel clericorum ſpēcula ſecularia non exhibeant, ſed neque ſpēctent. Can. 14. ejuſdem Synodi: Ut Episcopos, vel clericos filios ſuos a ſua poſſeſſione per emancipationem extra non ſentiant, niſi de mortuis coram fuerint, & de eaſe ſecuri. Etiam apud Graecos ex matrimonio poſt ſacerdotium continuato filii nati legitimi naſcebantur, de quibus in c. quaſitum 7. de poenit. c. ſi quis docuerit 14. cum ſequenti, 28. diſtinctio. Secundo pro hujus canonis interpretatione notandum eſt, Armenos in ea fuiſſe opinione, ut neminem admitterent ad ſacerdotium, niſi qui natus eſſet ex matrimonio a praesbitero legitime contracto; ducti exemplo Iudaeorum, apud quos tantum ex tribu Levitica deſcendentes ſacerdotes creabantur; & Gentilium, apud quos, qui natus erat ex matrimonio per conſanationem a ſacerdotibus contracto, ſacerdos capiebatur: quem errorem, ut Patres dantarent, ſtatuerunt, omnes ad Cleri gradum eſſe admittendos, ſive ex laicis procreati ſint, ſive a ſacerdotibus legitime ſuſcepti, de quibus accipiendis eſt textus in d. canon. 33.

Secundo obſtat textus in can. 6. Conc. Aurel. 1. in illis verbis: De ordinationibus clericorum id obſervandum eſt de crevibus, ut nullus ſecularium ad clericatus officium praesumat accedere, niſi aut cum Regis juſſione, aut cum iudicis voluntate; itaut filii clericorum, id eſt patrum, avorum, & c. proavorum, quos in ſupradicto ordine parentum conſtat obſervationi ſubjunctos in Episcoporum poteſtate, & diſtinctione conſiſtant. Ex quibus expreſſe deducitur, ſacerdotium filios poſſe facris ordinibus initiari, & in eorum ordinationibus non deſiderari Principis licentiam. Pro hujus canonis interpretatione ſciendum eſt, Conc. Aurel. 1. tempore in Gallia, non tam jure, quam propter neceſſitatem, & hominum poenitentiam ex bellis undique graſſantibus imminente, neminem poſſuille facris ordinibus initiari, niſi cum licentia Principis, & litteris dimiſſorias, quae Praecepta de clericatu dicebantur. Marcellus l. 1. formul. c. 19. Rationem hujus diplomatis reddit Carolus Magnus apud Anſeguiſium l. 1. capite 120. Ubi ita ſtatuit: De liberis hominibus, qui ad ſervitium Dei ſe tradere volunt, ut prius hoc non faciant, quam a nobis licentiam poſtulent, hoc ideo, quia audivimus aliquos ex illis non tam causa devotionis, quam pro exercitio, ſeu alia functione regali fugienda hoc agere: quosdam vero cupiditatis causa ab illis, qui res illorum concupiſcant, circumventos, audivimus; & hoc ideo fieri prohibemus. Notantur Cronius ad tit. de cleric. peregrin. Bigon. ad Marcellum d. l. 1. c. 19. Unde Patres cum de ordinationibus laicorum agunt, aſſerunt licentiam deſiderari Principis; & ſine Regio diplomate, vel praeccepto de clericatu, ſtatim aſſerunt filios, aut nepotes ſacerdotum in Episcoporum poteſtate conſiſtere: quae verba de filiis illegitimis, ex matrimonio ſuſceptis ante clericatum, accipienda ſunt: illi enim tamquam exempti a laicali poteſtate, praeccepto Regio de clericatu non indigent.

Ejam opponi poſſunt textus in cap. litteras, hoc tit. junctis, de iſta ejus notis adductis, c. innovat 20. de elec. c. accedens, de purgat. canon. cap. 2. de corpore vitiatis, cap. cum olim 6. de cleric. conſug. quorum interpretationem dabimus in cap. ſuo, hoc tit.

Difficultas ſecunda difficultas.

Exponitur canon. 33. Sextae Synodi.

Exponitur textus in can. 6. Conc. Aurel. 1.

CAPUT II.

Alexander III. a Lincoln. elect.

EX institutione Prioris, & fratrum de Marcellina, auribus nostris innotuit, quod R. praesbiter b tacita veritate, quod eſſet filius ſacerdotis, per fraudem a nobis impetravit, ut in Eccleſia de Bileſhi, in qua pater ejus miniſtravit, capellanus exiſteret. Quia vero fraus, ſive dolus nulli debet praestare patrocinium, d. t. per A. f. m. quat. infra XI. dies poſt harum ſuſceptionem litterarum rei veritatem inquiras diligenter; & ſi tibi conſuliter, quod memoratus R. fit in ſacerdotio genitus, quod pater ejus in eadem miniſtraverit, non obſtantibus litteris noſtris iſpſum exinde omni oc. & ap. ceſſ. amoveas.

NOTAE.

- 1 a Lincoln. ) Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 3. & in Conc. Later. p. 19. c. 3. De Episcopo Lincoln. egi in c. ad aures, de reſcriptis. Alias pars hujus textus reperitur in c. ex infamiatione, de jurap. b Tacita. ) Unde reſcriptum ita impetratum nullam erat

ipſo jure, juxta ea, quae dixi in cap. ſuper ſcribitis, de reſcriptis. c. Er. ) Sepe pro aures accipitur conjunctiva & ut in praesenti, & in c. inter ceteras, de reſcriptis. ſufficit enim, aut eſſe in ſacerdotio genitus, aut patrem ejus immediate miniſtrare in Eccleſia, ut filius non poſſit admitti ad beneficium patrum, ut infra probabimus.

CAPUT III.

a Idem.

Præsentium etiam auctoritate tibi jubemus, ut filios b sacerdotum in paternis Ecclesiis ministrare, vel eas quilibet occasione obtinere nullatenus patiaris: sed ipsos ab Ecclesiis, in quibus Patres eorum ministrasse noſcuntur, ceſſante appellationis obſtaculo ſtudeas penitus amovere.

NOTE.

- 1 a Idem. ) Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 3. & in Conc. Later. sub Alex. III. p. 19. c. 4. sed nec in prima, nec in hac collectione conſtat, cui miſſa fit hac deſiſio; ſed ſupplenda eſt ejus iacriptione c. 4. de cler. conſug. in 1. collect. ubi reperitur prima pars hujus textus, & legitur, Idem Vigorn. Episcopo. Inter cetera foliis tunc conventi ſtudioſe, ac diligenter attendere, ut tales in Eccleſiis tunc gubernationi commiſſis miniſtris ad opus praeparas, qui & domum Domini ſciant deſecrare diſponere, & populo Dei praesentia poſt ſint, & poſſeſſe. Perveiat autem ad audientiam noſtram, quod quidam in tua dioceſi commoveantur, qui ſe eccleſiaſticae profeſſionis eſſe fingentes, cum tamen eccleſiaſtica beneficia habeant, matrimonia contrahant, & adepta beneficia nihilominus obtinere contendunt. Alii autem, licet filii ſacerdotum exiſtant, patribus ſuis, quaſi hereditario jure ſuccedant, & in his poſtmodum inſtituti ad ſacros ordines

etiam minus licite promoventur. Quod quia indignum eſt & ſacrorum canonum inſtitutionibus noſcitur penitus obviare: ſ. t. per A. f. m. quat. illos, qui infra Subdiaconatum matrimonia contraxerunt, ſuis ab aoribus nulla ratione permiſſas divertere, niſi de communi conſenſu illi ad religionem tranſire voluerint, & ibi in Dei ſervitio juſtiter commorari. Si autem cum uxoribus vixerint, eccleſiaſtica beneficia, quae ad illos tantum, qui aſſidue in ſervitio Dei perſiſtant, ſpectare noſcuntur, non debeant ullatenus obtinere. Illi vero, qui in Subdiaconatu, vel ſupra ad matrimonia convolare ſunt, mulieres poſſunt, & debeant invitae, & renitentes reſiſtere, nec huiusmodi conſpecto, matrimonium, ſed conſuetudinem eſſe poſſunt nuncupanda. Igitur inſcripto praesentis textus reſtituenda eſt ita: Idem Episcopo Vigorn. De Eccleſia Vigorn. nonnulla notati in c. noſti 9. de elec. b Filios. ) Sive legitimos, ſive illegitimos, ut ſtatim dicemus.

CAPUT IV.

Idem a Vigorn. Episcopo.

Conquerente nobis Milone clerico, auribus nostris innotuit, quod cum R. Praesbiter Ecclesiam B. Mariae de Vie, tanquam persona diutius habuisset, & post mortem ejusdem M. a Ricardo Paceforde domino fundi fuisset praesentatus, R. filius ejus Praesbiteri in sacerdotio genitus, institutionem ipsius clerici niſus eſt impellere, & ad habendam eam Eccleſiam modis omnibus, quibus poſſet, aſpirat. Quoniam igitur indignum eſt, & canonice obvia ſanctioni, ut filii debeant patribus ſuccedere in Eccleſiis, nos ad enormitatem iſtam eradicandam ſollicito volentes, & diligentes intendere: ſ. t. per A. f. pra. m. quat. ſi publicum eſt, & notorium, patrem praedicti R. in praescripta Eccleſia B. Praesbiteratum habuiſſe: filium ejuſdem ibidem miniſtrare, aut ejuſdem Eccleſiae Praesbiteratum habere nullatenus patiaris. Sed ſi forte jam inſtitutus eſt ibi, cum ſubſtato ap. remedio, auctoritate noſtra non differas amovere: & memoratum M. ſi tibi ad ipſam Eccleſiam fuerit praesentatus ab eo, ad quem praesentatio ſpectare dignoſcitur, ibi, dummodo alias idoneus ſit, contradictione & ap. ceſſ. non poſtopſas recipere, ipſumque facias praedictam quiete poſſidere Eccleſiam.

NOTAE.

- 1 a Vigorn. ) De hac Ecclesia egi in cap. noſti, de elec. Huic etiam Praetulo ſcriptis noſter Alexander. in cap.

meminimus, de appell. cap. meminimus, qui cler. vel vocent. b Perſonatum. ) Idem certam dignitatem in Eccleſia Cathedrali. Cajacius in rubrica de praedictis; & dixi in c. ad aures 8. de reſcriptis.

CAPUT V.

Idem a London. Episcopo.

Veniens ad praesentiam noſtram Praesbiter later praesentium, supplicii nobis infamiatione propoſuit, quod cum ipſum ad capellam Eccleſiae S. Laurentii de Novo burgo, quam ei conceſſiſti, & aſſignati, attuliffes, & in eadem in Praesbiterum ordinariſ, ipſum poſtea praedicta Eccleſia ſpoliaſti, eo quod pater ejus in praedicta Eccleſia miniſtravit. Quia vero ad noſtrum ſpectat officium viris eccleſiaſticis paterna proviſione conſulere: ſ. t. m. praef. quat. ſi tibi innotuerit, quod pater ejus Praesbiter in praedicta Eccleſia miniſtravit, quando eam ſibi aſſignati, ipſam ei, dilacione, & ap. ceſſ. reſtituas, & in pace dimittas, amoto alio, ſi quem in eadem inſtituiſti. Verum ſi te ignorent, quod pater ſuus in eadem miniſtraverit, ipſam ſibi aſſignati, eo quo ad Eccleſiam ipſam cum in Praesbiterum ordinatiſ, eam ſibi b reſtituas, & donec in alia Eccleſia ei provideas, unde honeſte valeat ſuſtentari, eadem nullum ſuper praedicta Eccleſia gravamen inferas, vel moleſtiam.

NOTE.

- 1 a London. ) Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 1. De hac Ecclesia egi in cap. 2. de conſueſt. & c. 1. de renun. b Reſtituas. ) Licet alias Episcopo contra juſt ſtatutus,

teneatur contra factum venire, cap. ſi quis Praesbiterorum, de rebus Eccleſiae, tamen in praesenti in ordium ipſius Episcopi inſurgitur, ac illi jubetur, ut contra factum proprium, cuſi juſt adverſum, venire non poſſit, ut in c. mememus 12. q. 2. c. diverſis, de clericis conſug.



C A P U T XIII.

a Idem.

Michael Presbyter de Sancto Germano, transmissa nobis confectione monstravit, quod cum Ecclesiam S. I. de Corona tua Diocesis canonice sit adeptus N. filius Antonii, qui proxime ante ipsum Ecclesia habuit personatum, ad se vicariam ipsius asserit pertinere. Quia igitur in Ecclesia successiones in Prælatibus, & Dignitatibus Ecclesiasticis, canonicis statutis damnantur s. r. per Apost. s. m. quatenus veritate diligenter inquisita, si tibi confiterit N. ipsum filium fuisse Antonii, qui eisdem Ecclesia, sicut præmissimus, habuit proxime personatum, omni contrad. & ap. oes. super eandem vicariam silentium perpetuum ei imponere non possit.

L. Dem. ) Nec ex hac collectione, nec ex secunda, ubi hæc decretalis.

C A P U T XIV.

a Clemens III.

L. Iteras vestra dilectionis accepimus, vorum latoris presentium, & ejus originem continentes. Intelleximus siquidem, quod in sacerdotio genitus, de uxore b legitima natus, & conceptus, voto laudabiliter affectu a pueritia fervere, & ministrare Domino in officio clericali. Verum quia in filiis paterna incontinentia modis omnibus propellenda dignoscitur, & propter cautelam, Presbyterorum filii a sacris ordinibus juxta functionem canonicam remouentur; non expedit, ut super hujusmodi ita supplicanti precibus annuamus, quod videamur alii imperandis familia spem aliquam facilius impertiri: sed ut iuxta postulationis affectu, cum ad Sed. Apostol. humiliter accesserit, ex toto fraudandi se non doleat, præsertim scripto vobis significamus, quod si aliter dignus inventus fuerit, permitimus ipsum in clericum & ordinari, & in Ecclesiasticum beneficium, unde comode sustentari valeat promoveri.

N O T Æ.

a Clemens. ) Ita etiam legitur in secunda collectione, sub hoc tit. c. 3. non tamen hucusque constat, cui missa sit hæc decisio. De Clemente III. egi in c. 12. de rescriptis. b Legitima. ) Idem legitime ducta, a quo conversus maritus promotus fuit ad sacros ordines, & ipsa religione professus, quo casu duravit vinculum matrimonii: unde si postea prolem susceperit; licet illicite se conjunxerint, nascitur tamen legitima, c. ex publico, de convers. coniug. ubi Deo annuente plura adducimus. c Ordinari. ) Sed si filius Presbyteri erat, & a Presbytero procreatus, quomodo poterat ad sacros Ordines ascendere, & beneficium obtinere, contra ea, quæ adduximus in c. 1. hoc tit. & dicimus sequenti commentario? Pro hujus difficultatis solutione anxie querunt Interpretes, utrum hic esset legitimus, vel illegitimus? Plures affirmant legitimum esse, quia ex legitimo matrimonio natus est: plures reslati a Sanch. de matrim. disp. 38. per tot. Saar. de consur. disp. 50. scilicet. Sed attendendum est, illum quoad Ordines, & beneficia ecclesiastica pro illegitimo haberi; quoad hereditatem vero, & alia temporalia, pro legitimo: unde cum irregularitas ex defectu natalium proveniat ex illegitimitate canonica, ideo sine dispensatione iste promovendi ad Ordines non poterat. Nec novum est, ut quis diversis respectibus habeatur pro legitimo, & illegitimo, c. per venerab. quod filii sunt legitimi.

C A P U T XV.

a Innocentius III.

Cum decorem domus Dei, Et infra: Filiis canonicorum præbendas in eisdem Ecclesiis conferri non sinatis, quorum sunt Canonici patres eorum, cum indecorum sit, ut in altaris officio illegitimus filius impudico patri ministraret, in quo unigenitus Dei Filius Aeterno Patri pro salute humani generis victimatur.

N O T Æ.

a Innocentius. ) Canones tamen in hac decisione rescripti, non constat; ejus tamen partes extant in cap. cum decorem, de vita, & honestate cleric. cap. cum decorem de cleric. coniugat. ex quibus supplicanda est hæc decisio.

C A P U T XVI.

Idem in a Concilio Generali.

Ad abolendam pessimam (quæ in pluribus inolevit Ecclesiis) corruptelam firmiter inhibemus, ne Canonice filii, b maxime spiritus, Canonici sint in secularibus Ecclesiis, in quibus instituti sunt patres eorum. Et si fuerit contra præsumptum, decernimus non valere. Qui vero tales (ut dictum est) c) canonicæ præsumpserint, a suis beneficiis suspendantur.

N O T Æ.

a Concilio. ) Ita etiam legitur in quarta collectione, sub hoc tit. c. 1. & reperitur textus hic in Concilio Lateran. sub Innocentio III. celebrato, cap. 31. De quo Concilio nonnulla notavi in c. 1. de summa Trinit. c) Canonicæ. ) Idem in Canonicos institui, sicut dicitur monachari, idem monasticam regulam præsteri, ut notavi in c. ad nostrum 37. de elect.

C A P U T XVII.

Honorius III. Decano a Furn. b Morin. Diac. & Magistro Gilberto Morin. & L. Sancti c) Donatoris in Burgis, d) Tornacen. diocesi.

Dilectus filius G. Præpositus Ecclesie S. Marie in Brugis, transmissa nobis petitione monstravit, quod cum Virgilius Presbyter Tornacen. diocesis, quandam præbendam eisdem Ecclesie curam animarum habentem, quam nullo medio habuit pater ejus, tam contra Lateran. quam e) Generalis Concilii statuta obtineat in scandalum plurimorum, idem ipsum monuit diligenter, ut resignaret eandem; sed idem asserens, quod bonæ memoriæ s) Vv. Rhemenis Archiepiscopus, tunc Apostolicæ Sedis Legatus, dispensavit cum eo, id efficere contradicit, quamquam cum eo non fuerit per R. Pontificem dispensatum. Quocirca disc. y. de utriusque partis procuratorum assensu mandamus,

damus, quotatenus partibus convocatis, & auditis hinc inde de Apoftholica emanaverit, quod canonicum fuerit, app. postp. statuat.

N O T Æ.

a Furn. ) Ita restituenda est præfens inscriptio ex quinta compilatione Honorii III. ubi sub hoc tit. c. unico, reperitur textus hic. Furnensis urbs est in Belgio, prope Morinum, de qua agit Meyerus 28. 8. & 10. annal. Flandria.

b Morin. ) Morinensis diocesis est in Flandria, ut jam notavi in c. 33. de elect. ubi de ea diocesi egi.

c) S. Donatoris. ) Legge S. Donatiani. Brugis enim, quæ est Civitas Flandria, erecta fuit Ecclesia Collegialis sub titulo S. Donatiani septimi Episcopi Rhemenfis, cuius corpus Brugis translatum est, ut referunt Cironius in presenti, Andreas Saulay in marty. Gallia, die 14. Oobis.

d) Tornacen. ) De hac Ecclesia aliqua adduxi in c. eam te 7. de rescriptis.

e) Geparati. ) De quo in c. ad abolendam, hoc tit.

f) Vv. ) Vvido secundus videlicet, Cardinalis Episcopus Præfatus, Legatus Sedis Apoftholicæ, de quo Cheau, & Præres Sarmat. in serie Præfatum Ecclesie Rhemenfis.

COMMENTARIUM.

Mnes decisiones hucusque transcriptæ fere eandem continent prohibitionem, & ad Ecclesie Anglicanæ Præfules, si ultimam excipias, missa sunt; quia in Ecclesia Anglicana per hæc tempora corruptela invaluerat, ut absque institutione Episcopi, filii succederent parentibus in beneficiis ecclesiasticis, cap. ad extirpandas, hoc tit. c. 6. Tam iniquam consuetudinem de provincia, sicut debebat, radicis extirpare vellet. Arnulphus Episcopus Lexovienfis in ep. ad Legatos, Albertum, & Theodanum, ubi: Non expedire provincie nostræ, in qua quotidie tam imprudenter impudiciter convalescit, filios Presbyterorum paternis altaribus adhiberi. Hujus etiam corruptela Ecclesia Anglicana meminimus Arnulphus lib. 2. ep. 33. ubi: Canonici quidam & Presbyteri hoc illi (Benedictus Episcopus) faciunt, quia eos a pravitonibus stultitibus, & maxime a mulierum reproba conversatione pluit prohibere, & filios eorum, si vero quibus secundum vultum heredes eligant, a præbendarum hereditaria successione, atque a sacrorum Ordinum promotione spoliare accere. Et Johannes Saresbur. ep. 28. ubi: Inter cetera Ecclesiam de Emsgehäm, quam eis petente Domino fundi, donavit Dominus Vvianon, in injuria Apostolice Majestatis, & confusionem Sanctorum Canonum, contulit eandem publicano fere laico filio Sacerdotis, qui in eadem Ecclesia ministravit. Refert Franciscus Hallertus in ep. ad Legatos lib. 4. §. 3. pag. 486. Ex his ergo omnibus deservendum sequentem deducit assertionem: Filii tam legitimi, quam illegitimi, sive Pontificia dispensatione in præbendis, seu beneficiis paternis mediata, vel in aliis eisdem Ecclesia in-

stituti non debent. Probant eam textus in c. inter ceteras 2. de rescriptis. c. ex parte de rescriptis. Alex. III. post Conc. Later. pars. 9. c. 8. c. 14. Trid. sess. 23. de reform. c. 7. Concil. Anvi-rentanæ tempor. Alexandri III. Extravag. Clementis VII. quæ incipit, Ad canonum conditores. Illustrant ultra congestos a Barboza in presenti, & de potest. Episc. alleg. 65. & in remiss. ad Conc. Trid. c. 7. Petr. Greg. eod. tit. l. 1. c. 1. c. 18. Diarenius l. 2. de sacris Ecclesiis, c. 9. Ruinatus l. 3. consil. tit. 13. c. 13. Michiel Routhelius l. 2. hist. Pontif. jurisd. c. 1. Zipcus ad hunc simulam, Cironius in cap. un. de success. ab invest. in 5. compil. Solorzanas tom. 2. de iure Indiar. l. 3. c. 20. nu. 8. Vil-haemel. de regim. Eccles. p. 1. qu. 9. art. 6.

Verum hæc assertio difficiliter patitur dubitandi rationem in ea parte, ubi asserunt, filios etiam legitimos ante sacerdotium genitos, non posse in paternum beneficium succedere; nam nihil tam iuri, & rationi consonum est, moribusque gentium consentaneum, quam ut filii succedant in officiis, & beneficiis paternis. Juris, nam filius ex ejus dispositione succedit in officio patris, l. nemo 11. §. 1. in fine, l. petitionem 13. C. de advocat. l. unicuique 7. C. de precioni sacerdotum, lib. 12. l. 1. c. 2. C. de filiis officialium, eod. lib. ubi plura adducit Altamirani. Rationi etiam id consonum esse probat ipse c. 8. c. 9. ex eo, quia iura merita parentum remunerantur, pauperum filiorum succurrit, & parentum nobilitas in filiis resident, aliorum meritis præferunt. Usitatum etiam fuisse apud varias nationes, ut filii succederent in dignitatibus, & officiis parentum, probatur primo ex Hebraeorum consuetudine, apud quos filii in officiis paternis succedebant, ut referunt Sigenius de reipub. Hebraeorum l. 7. c. 4. Marquez in Gubern. Christ. l. 2. c. 3. Pirarrus in vita Ferdinandus, c. 1. observ. 2. Apud Romanos id observatum fuisse probant Pancirolo l. 2. varior. c. 8. Amaya in l. curialibus 66. nu. 48. C. de Decur. Altamirani ubi supra, p. 23. Apud Siculos decessorum officia filiis concedi solita, tradit Mauffilius l. 1. de Magistr. c. 28. n. 3. De Venetis idem probat Ovaldus l. 24. Donelli, c. 22. litt. R. Eandem consuetudinem apud Lusitanos invaluisse, tradunt Valadescus consil. 129. n. 13. Mendez de Castro in præf. Lusitan. l. 1. c. 2. n. 9. Et apud nos hoc observatum fuisse, fudetur ex l. 1. tit. 5. de success. l. 10. tit. 4. l. 6. tit. 4. l. 7. Nec desunt exempla eorum, qui in eodem beneficio patri suo succederant.

Sic S. Simplicius Archiepiscopus Bituricensis fuit filius Eulodii, & gener Palladii, suorum in Ecclesia Bituricensi antecessorum, de quo Sidonius l. 7. post ep. 9. Sic Dominus depositio Paulo Samolatenfi heretico, electus est Patriarcha Antiochenus, cum esset filius Patriarchæ Demetriani, teste Baronio ann. 372. Sic S. Barinus præfuit post patrem S. Glodulphum Treverensem Episcopum, ad quam Ecclesiam ipse Glodulphus fuerat evectus ex Metensi, in qua idem Glodulphus sederat post patrem S. Arnulphum, ut referunt Bion in martyrolog. mensis die 8. Junii, Honulfrus in Genealog. Alia exempla referunt Darts d. c. 1. igitur filii legitime suscepti admitti possunt ad beneficia parentum. Augetur hæc difficultas ex eo, nam si filii, tam legitimi, quam illegitimi accedant a beneficiis paternis, maxime ne successio in officiis Ecclesiasticis admittatur, ut communiter docetur in iuribus supra citatis, & in c. 1. de præbend. sed cum filii instituantur in beneficiis a parentibus possessis, non ab ipsis, sed ab Episcopo institutionem accipiunt, c. ex frequentibus, de instit. a patrono; vel alius, qui jus eligendi habent, eliguntur, seu præsentantur, & consequenter, c. ex transmissis, 7. hoc tit. non a decessore substituantur, aut designantur; igitur non potest ulla successio hereditaria suspicari. Tandem aliis exemplis etiam probatur, filios in dignitatibus, & officiis, etiam majoribus, parentibus succedere; nam Lambertus Episcopus Leodiensis successorem habuit S. Floribertum ejus filium, referente Flodoardo l. 1. c. 16. S. Avitus Episcopus Viennensis filius fuit Isici Episcopi antecessoris. Baronius anno 509. Latro filius S. Genebardi Episcopi Laudanensis, successorem ipsius fuit in ipsa Ecclesia. Flodoardus d. l. c. 14. Alia etiam referunt exempla Darts de beneficiis d. l. c. 14. igitur non recte asserimus, filios succedere non posse in dignitatibus, & parentum suorum beneficiis.

Hæc difficultas ita soluta non obtinere, vera est supra tradita assertio, videlicet Presbyterorum filios, sive legitimos, sive illegitimos, non posse immediate succedere in beneficiis parentum; pro cujus expositione sequentes casus sunt distinguendi. Primus est filiorum illegitimorum casus (quo nomine veniunt & naturales ante clericatum procreati. Garcia de beneficiis, p. 7. c. 3. n. 11.) His ergo filiis prohibetur successio in beneficiis, quæ parentes eorum tenebant; tam quia illegitimi sunt, & per consequens ex defectu natalium incapaces beneficii Ecclesiastici, c. cum in casibus 7. in prin. c. innotuit 20. de elect. c. 1. hoc tit. Tunc etiam ob vitandam imaginem sacre successione in beneficiis, c. ex transmissis 7. hoc tit. Unde licet tales filii dispensationem Sedis Apoftholicæ mereantur, ut ordinari possint, & obtinere beneficia; non ideo censentur dispensati, ut paterna consequantur. Quintana vrenus l. 4. ecclesiasticis, nu. 93. quia est hic defectus nominatim exprimens, ut dispensatione sublati intelligatur, c. 2. hoc tit. & in hac parte magnam discretem versatur inter jus antiquum, & novum Clementis VII. necnon Concilii Trid. sess. 17. de reform. c. 15. nam jure communi antiquo filii illegitimi clericorum non poterant possidere immediata beneficia, quod pater obtinuit, nec alius simile beneficium in eadem Ecclesia, parte vivente, c. quoniam 10. c. ad extirpandas 11. c. cum decorem 15. hoc tit. nisi ex dispensatione Pontificis. Gloss. in c. r. verbo Tale, hoc tit. lib. 6. ad poterat paterna beneficia obtinere, si alius post patrem ea tenuisset, quia imago illa hereditarie successione illi tantum obstat, ut immediate patri succedatur, d. l. ex transmissis. Poterant etiam alia beneficia in ipsa Ecclesia obtinere mortuo patre, arguente a contrario deducto, ex d. c. cum decorem. Itaque his in casibus filii illegitimi dispensati beneficia consequi poterant absque speciali dispensatione præfens prohibitionis de filiis Presbyterorum non promovendis ad beneficia paterna: ac vero post constitutum Clementis VII. editam anno 1530. quam referunt Gargas de pensioib. quest. 86. Navarros in cap. si quando de rescriptis, except. 21. in principio, non solum immediata successio, veram etiam mediata sublata fuit filiis illegitimis clericorum, abrogata constitutione Alexandri, de qua in dict. c. ex transmissis. Fuit etiam hæc prohibitio prorogata ad beneficia regularia. Tandem Concilio Trid. sess. 17. c. 15. non solum declarantur inhabiles ad beneficia, quæ parentes tenebant, sed ad omnia alia quæcumque, etiam dissimilia, in Ecclesiis paternis constituta, imo & ad pensiones, tam vivo, quam defuncto patre. Quomodo et iura componunt Quintana vrenus lib. 2. ecclesiasticis, n. 88. Garcia d. c. 3. per totum, & Diarenus l. 4. de sacris Ecclesiis, c. 9. Ojeda de incomparabil. beneficiis, p. 1. c. ult. n. 7. Gratianus c. 2. distep. quens. c. 397. per tot.

Alius casus est filiorum legitimorum clericorum, circa quos dicendum est, pariter olim, & nunc exclusos esse a paternis beneficiis, ne detur hereditarie successione imago, d. cap. ad extirpandas, cuius gratiam alius quam Pontifex facere nequit, c. dilectus, 27. hoc tit. Glossa in c. 1. eod. tit. l. 6. Garcia d. c. 3. n. 5. Sed mediate succedere in eodem beneficio non prohibentur, d. c. ex transmissis; nec etiam prohibentur aliud beneficium simile, aut dissimile in eadem Ecclesia, patre superstiti vel defuncto obtinere, quæ est sententia capitis ad huc 12. hoc tit. quia in alterius beneficii absolutione hereditarie successione imago non consideratur, nec filios legitimos expelli defectus natalium; aut indecentia, quam ad repellendos illegitimos clericorum filios consideravit Pontifex in d. c. cum decorem; imo ut alii ad ordines, & alia beneficia idonei fiat, d. c. extirpandas, c. lictoris, 14. hoc tit. sic etiam ad beneficia constituta in Eccle-

Vari casus referuntur.

De Filiis legitimis.

Ecclesie patris. Nec in hac parte aliquid immutatum est...

9. Prima pars ratio decidit.

His suppositis patens assertio quoad primam partem...

10. Tollitur quoad aliter.

Nec tunc obstat si dicas, hac ratione atenta non minus...

11. Decidit per varie illationes.

Ex hac etiam ratione provenit, quod cum nulla successio...

& Concilii generalis decretis, in quibus alius, quam R. Pontifex...

12. Distinctio dubitandi ratio.

Nec obstat dubitandi ratio supra adducta; verum enim est...

13. Exponitur c. veritas h. hoc tit.

Sed supra tradita assertio primo opponitur textus in c. veniens...

14. Exponitur c. de prelatu in a. coll.

Secundo advertebat textus in c. 3. de prescrip. in 2. collectis...

15. Exponitur c. 3. de at. dist.

Tertio advertebat textus in c. 2. de arbitris, in illis verbis...

Garcia de beneficiis, p. 7. c. 3. n. 23. affirmant prohibitionem...

ut non succedat filii in beneficiis parentum, non extendi ad nepotes...

C A P U T U L T.

Gregorius IX. a Turon. Archiepisc.

Nimis in tua provincia Ecclesie deformatur honestas ex eo quod filii sacerdotum...

N O T A E.

Turon. ) Nuello de Matuffellon, postea Archiepiscopus Rheinensi.

C O M M E N T A R I U M.

EX presenti textu commutiter deducitur talis assertio: Filii illegitimi...

alios novissime defendit Hurtado t. 2. de resid. resolut. 3. sub-resol. 11.

Exponitur c. 2. de corporib.

Sed superiori assertioni primo ultra textus supra expensis in c. 1. hoc tit. opponitur textus in c. 3. de corpore viciariis...

Inclinetur cap. ca olim, de elect. cona.

Secundo advertebat textus in c. cum olim 6. de electis con. ubi proponitur...